

THIRD TRACT

§3.0

Third Tract

The third tractate treats the question of whether those obedient to the said Duke (of Burgundy) and not obeying the king and his only born son, should be call rebels and traitors, and should be punished as such. The tractate is divided into ten articles:

The 1st article, to what things subjects are bound.

The 2nd article, to what fidelity is.

The 3rd article, to what things fidelity consists of.

The 4th article, to whether the fidelity, reverence and obedience due to the king should be given likewise to his primogenit when the king is still alive.

The 5th article, whether ecclesiastics are bound by fidelity and obedience to the king and his only begotten son in all respects similarly to how secular subjects are bound.

The 6th article, what infidelity, treason and rebellion consist of, and clarifications of the kinds of them made in order to advance the understanding of this tract.

The 7th article, whether treason, infidelity, rebellion, and lese majesté can be committed, or can be committed against the king, and in what manner.

The 8th article, how actions of a country, city, or the subjects of the kingdom may constitute lese majesté against the king and the Dauphin.

The 9th article, whether or not excuses (for such rebellion, etc.) set forth by those of foreign cities are efficacious for the subjects of the kingdom.

The 10th article, what punishment should be meted to cities, towns, locales and subjects of the kingdom who commit rebellion, infidelitly and like crimes.

[48r] TRACTATUS TERTIUS

Divisio istius.

§3.0

Restat examinare tertium tractatus, in quo agetur, an obedientes et adherentes dicto duci et nonobedientes regi et eius unigenito rebelles, inobedientes ac infideles et proditores dici mereantur, et ut sic tanquam tales veniant puniendi; qui utique tractatus per dicem articulos perstringitur.

Primus articulus erit ad que teneantur supposita regni, regi, et regno.

Secundus, quod est fidelitas.

Tertius, in quibus consistit fidelitas.

Quartus, an fidelitas, reverentia, ac obedientia regi debite simili modo debeatur inclyto domino dalphino eius primo genito, rege vivente.

Quintus, an personae ecclesiasticae teneantur regi et eius unigenito ad fidelitatem et obedientiam, et omnes species eius atque ad reverentiam, et quomodo et qualiter et an similiter, sicut et seculares.

THIRD TRACT

§3.1

First Article of the Third Tract

In respect to the first article, which examines to what extent subjects (or mystical members of the kingdom) are bound to the king (its mystical head) and his unigenitus, I say that they are held to him principally by two things, fidelity and respect.

Sextus, de infidelitate, prodicione, ac rebellione quid sint, et de speciebus cuiuslibet per conclusiones pro apertiori huius tractatus examinatione ponentur declarationes.

Septimus, an proditio, infidelitas at rebellio, et crimen lese maiestatis committantur sive committi possint contra regem, aut qualiter, etc.

Octavus, an ex quibus iuxta facti seriem patrie, et villa, ac regni supposita commiserint maiestatis contra regem at dominum dalphinum, etc.

Nonus, an sint effices excusationes, que proponuntur per alienas villas supposita regni, vel ne.

Decimus, quibus plecti debeant ville, civitates, loca, et supposita regnique rebellionem, infidelitatem, et alia crimina commiserunt, etc.

§3.1

PRIMUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS

Primum examinantes articulum quo queritur ad quid teneantur supposita, sive membra mystica regni regi capiti suo mystico et eius unigenito, dico quod ad duo principaliter tenentur, videlicet ad fidelitatem et reverentiam. Primum probatur in feudis, qualiter vasal, fid. iura. de. [Lib. Feud., 2, 5] ubi dicitur tex. Iste qui nihil tenet in feud. sed solum sub iurisdictione regis est, iurat fidelitatem, ut ibi et sic ad illam tenent; pro quo in extrava. [(Feudal) Extravagantes, Tit. 1] ubi dicit textus, ruptis fidelitatis [48v] ab eius, multi prorumpunt adversus imperium, et sic tex. ibi dicit omnes de imperio teneri ad fidelitatem imperio^{†gl} et imperatori, etc, quid plura textus dicunt in decretis, quod etiam persone ecclesiastice tenentur regibus, et principibus servare fidem, id est fidelitatem, et reverentiam; igitur multo magis seculares, qui magis subsunt, ut hec habentur xxiii. q. v. c. regum et c. dicat et c. si apud [Decretum. II, 23, 5, 22-24]. Secundum probatur par proximum alleg. c. [Decretum. II, 23.,5, 24], ubi tex. dicit principibus reverentiam deberi, pro quo i. Pet. ii. cap. [1 Peter, 2,17] ubi tex. dicit Regem honorificate etc. Reverentia enim nihil aliud est quam honoris cum timore impensio, ut dicitur idest quum de reverentia tangetur. [49r]

THIRD TRACT

§3.2.0

Second Article of the Third Tract

In respect to the second article, which examines what “fidelity” means, I say that fidelity comes from fides (faith) according to Giovanni of Genoa in his dictionary, and (according to him) fides comes from fio, fis (to do, be done), because it is by faith that one does what is owed or promised, wherefore faith and fidelity are the same thing, and in this manner fides is cited in canon law.

§3.2.1

The first is defined thusly: fidelity is a law of sorts, by which the vassal is bound to his superior in all things inherent to feudal relations, as is borne out in feudal and canon law.

§3.2.2

The second is defined thus: fidelity is a custom, or a law of sorts, by which the inferior (or mystical member) is held to undertake and carry out things that are in the interest of his superior lord (or mystical head).

§3.2.0

SECUNDUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS

Ad secundum quo queritur quid est fidelitas, dico quod fidelitas a fide dicitur, secundum Januensem in sue dictionario, [Giov.Genoa.PENDING] et fides a fio fis dicitur, secundum eum, quia per fidem fit id quod est debitum vel promissum, et iuxta hoc fides et fidelitas idem sunt; et sic sumitur fides in c. regum, et c. sequ. et xxiii, q. v. [Decretum, II, 23, 5, 22-24]. Fides enim est genus habens multiplices species, ut not. per glo. in rubri. de sum. trinita et fide catholi. in antiquis [Decretales, I, 1, rubric] et xxii. q. i. movet [Decretum, II, 22, 1, 16], et per Hostien. in sum. de sum. trini. [Decretales, I, 1], tamen fides aliquando idem est quod fidelitas debita ad causas feudi. Alia est debita per subditum, ut ibi fidelem amicum quis inveniet. Et diffinitur sic fides sive fidelitas^{†gl} est habitus quidam, per quam [49V] debita aut promissa fiunt, aut complentur. Et sic sumpta dividitur in duas species: nam quedam est fidelitas debita ad causam feudi, alia est debita per subditum sive membrum mysticum suo superiori ad causam dominationis custodie et protectionis sive suo corpori et capiti mystico.

§3.2.1

Prima sic diffinitur: fidelitas est ius quoddam, per quod tenetur, et patrat vasallus omnia, ad que tenetur ex natura fidelitatis feudalis ut patet in c. i. de nova fideli. forman. [Lib. Feud., II, 7] et in decretis. xxii. q. ulti. c. forma. [Decretum, II, 22, 5, 18].

§3.2.2

Secunda sic deffinitur: fidelitas est habitus, sive ius quoddam, per quod inferior, sive membrum mysticum tenetur suo superiori domino, seu capiti mystico patrare, et complere ea ad que ad causam huius tenentur, hec ultima probatur ex c. 1. in fi. qualiter vasal. fidem iura te. [Lib. Feud., II, 5], iuncta etymologia supradicta, quam ponit Janven. in suo dictionario, [Giov.Genoa PENDING]. Tamen ultra divisiones quas ponit glo. et Hostien. [Decretales, I, 1] ubi supra. Est alia divisio fidelitatis, nam quodam que debetur a creatura creatori ex fide promissa in baptismo; alia, que debetur a coniuge, alia que debetur a quolibet amico ad amicum; sed de his non est presens speculatio, ideo omitto.

THIRD TRACT

3.3.0

Third Article of the Third Tract

The third article, asking what fidelity consists of, responds that there are two things principally. First, clearly in the true unity and genuine love of the subjects (and mystical members) for the kingdom (which is the mystical body) and the king (who is the mystical head of that body). Secondly, it consists of overt action, as will be shown below. I say beforehand, however, that wherever I speak of the king, I mean not only the king but also his primogenit, who by virtue of family ties and primogenitural states enjoys dominion in the kingdom, as has been said, while the king is still alive, as has been said in the first tract and will be reaffirmed in what follows.

§3.3.1.0

To what extent fidelity consists of the unity and love of the members for the mystical head (that is, the king) will be made clear in the following conclusions.

§3.3.1.1

The first conclusion is that the entire kingdom is a single mystical body of which the king is the head and his subjects the members.

§3.3.0

TERTIUS ARTICULUS TERTII TRACTATUS

Tertio vero articulo in quo agendum, in quibus fidelitas consistat: Respondetur, que in duobus principaliter. Primo, videlicet in vera unitate et dilectione sincera suppositorum, et membrorum mysticorum ad regnum, quod corpus mysticum et regem qui est caput mysticum illius corporis. Secunda consistit in exteriori actione, ut infra declarabitur. Premitto tamen que ubicunque loquor de rege, non solum de rege intelligo, sed etiam de eius primogenito, qui vestre filiationis, et primogeniture habet dominium in regno tale, sicut dictus est, rege patre vivente, et qui ideo rex iuvenis potest et debet nuncupari, sicut declaratum est supra in primo trac. in arti. ii, faciendo tamen differentiam inter patrem et filium, sicut ibi dixi et non aliter; sed de hoc tangetur infra in artic. seq. plenius.

§3.3.1.0

Qualiter autem fidelitas in unitate et dilectione membrorum capitis mystici (quod est rex) consistat, declarabitur per conclusiones sequentes.

§3.3.1.1

Prima conclusio, que regnum quodlibet est unum corpus mysticum, cuius caput est rex, supposita eius sunt illius membra. Probatur conclusio, per c. novit. de his que fi. a prela. [*Decretales*, III, 10, 4] et c. quoniam [in] plerisque. de offi. ordi. [*Decretales*, I, 31, 14] et c. quum non liceat. de prescript. [*Decretales*, II, 26, 12], in quibus patet que clerici et episcopus faciunt unum corpus, cuius caput est episcopus, et clerici sunt membra, ita in proposito. hinc dicit lex, que omnis universitas vice persone fungitur, ut. 1. mortuo. de fideius. [*Dig.*, 46, 1, 23] sed omnia supposita regni sunt simul, universitas, ut in c. i. de prohibi. feu. alien, per lotha. [*Lib. Feud.* II, 52.], igitur etc. Similiter ecclesia tota est unum corpus, cuius caput est Christus, catholici autem sunt membra, xxiiii. questione i. ca. ubi [*Decretum*, II, 24, 1, 29] et ad Ephes. i, iv. et v. ca. [*ad Ephes. epist.*, 1, 22-23; 4, 4 & 15-16; 5, 23] et ad Roma. xii. [*Romans*, 12, 5] et i. ad Corint. [*1 Corinth.*, 11, 3], igitur

THIRD TRACT

§3.3.1.2 *The second conclusion is that in every kingdom there can be only one principal head, that is to say just one king.*

§3.3.1.3 *The third conclusion is this: as in every kingdom there is only one body, with one king or head, so likewise is there just one will encased in that king or head, so that it is impossible for there to be more wills, for that would be monstrous.*

similiter dicendum est in regno quolibet etc. et pro hoc optime. viii. dist. c. que contra [Decretum, I, 8, 22] etc. ubi societatis humane etc.

§3.3.1.2 Secunda conclusio, que in unoquoque regno non potest esse nisi unum principale ca[50r]put, id est unus rex^{†gl} sive quoniam pro uno habeatur. Probatur conclusio, quia ex quo est unum solum corpus, non potest in eo esse, nisi unum caput. Nam sic est in corpore phisico, id est naturali. igitur, et in isto mystico, tenet consequentia, quia civile, et artificium mutari debet physicum. ut 1. adoptio. D. de adopt. [Dig., 1, 7, 16], sed in corpore physico esset monstrum in uno corpore duo esse capita. ut 1. non sunt liberi. de statu homi. [Dig. 1, 5, 14] et. de verbo. signifi. [Dig. 50, 16, 135], ita et in hoc corpore mystico tenet consequentia. per c. quoniam plerisque. de offi. ord. [Decretales, I, 31, 14], ubi tex. facit hanc consequentiam, et eam approbat, dicens que sicut in corpore naturali esset monstrum in eodem corpore esse duo capita, id est duos episcopos, et de his tex. vii. q. i., in apibus [Decretum, II, 7, 1, 41], ut in prox. sequen. conclu. declarabitur; sed hanc conclusionem intellige, salvis his que dicuntur infra in viii artic. conclusione vi.

§3.3.1.3 Tertia conclusio, que sicut in unoquoque regno unicum corpus, unicus rex sive caput, ita unica voluntas in rege capite radicata, ita que est impossibile esse plures voluntates, imo aliter foret monstruosum. Probatur conclusio, quorum est unum corpus, debet esse et animus et dicit tex. xxxi. q. ii. c. de neptis [Decretum, II, 31, 3, 2]. Et quia ita est in corpore physico, in quo licet plures manus, plures pedes, plures auricule, plures oculi, non tamen plura capita, quia si plura capita, plures essent in uno corpore intellectus, plures anime, pluresque voluntates, et consequenter plura et diversa intellctus, pluraque et diversa, sive opposita volita, iuxta c. quoniam, de conces. preben. [Lib. Sext., III, 7, 8]. Et consequenter dissidia, contradictiones, et divisiones in eodem corpore, ex quibus impossibilis esset illius essenta, sive sistentia, nam secundum Dionysium, nihil est existentium quod non participet in uno, quo evidenter ostenditur; nan sicut ex unitate corporis et anime sistit homo, et ex unitate membrorum sistit corpus humanum, ita ex divisione illorum desinit homo, et ex integratur corpus; hinc dicitur quod unumquodque sistis ex suis meris partibus. ut 1. rerum, de usucap. [Dig., 41, 3, 30] et ideo sicut ex variis capitibus et vo[50v]luntatibus non posset sistere physicum corpus. sic dicit rectus nec mistum. Et ideo Roma duos reges Romum, et Romulum fratres habere non potuit fratricidium altero perpetrandum in eodemque corpore, et utero duo equaliter Jacob et Esau simul esse non potuerunt, sed bella sibi gesserunt. Et ideo a deo hoc set naturalissimum, que etiam in apibus, et inter grues si solus princeps^{†gl} ut hec habentur vii. q. i. in apibus [Decretum, II, 7, 1, 41]

THIRD TRACT

- §3.3.1.4 *Fourth conclusion: in the mystical body of every kingdom, its will, whatever it may be, should be solely in its head.*
- §3.3.1.5 *Fifth conclusion: that the mystical members must be united and conform to the will of the head, and not forsake it.*
- §3.3.1.6 *Sixth conclusion: just as a physical body subsists only by the unity of its assembled parts, and a member perishes when cut from the body, so too in the mystical body the body cannot maintain itself except by the unity of its will.*
-

- §3.3.1.4 Quarta conclusio, quod in corpore mystico cuiuslibet regni, et alio quolibet voluntas eius est, et esse debet solum in capite eius. Probatur conclusio, quia ita est in corpore naturaliter, et physico, igitur et sic debet esse in mystico quia bona est consequentia de uno ad alterum, ut c. quoniam plerisque de offi. ordina. [Decretales, I, 31, 14], et quia corpus mysticum imitatur physicum, ut 1. adoptio. de adoptionibus [Dig., 1, 7, 16]. [50r].
- §3.3.1.5 Quinta conclusio, quod membra mystica debent unita esse et conformia voluntati capitis, et ab illa non discedere. Probatur conclusio per c. quum non liceat. de prescript. [Decretales, II, 26, 12], ubi dicit textus, quum non liceat membra a capite discedere etc., quod non intelligitur de discessu morali, seu reali, et corporali, quum realiter distinguatur numero a corpore physico, sed intelligitur de discessu voluntatis, nam licet corpus physicum unitum sit ex partibus unione compaginis, et voluntatibus corpus vero mysticum unitum est solum unione voluntatis, non unione compaginis, quum constet ex distantibus partibus sine suppositis, ut declarat text. in. 1. rerum. de usucap. [Dig., 41, 3, 20], et glo. in c. dilecta, de exces. prela. [Decretales, V, 31, 14], pro quo illud apostoli. Solliciti servare virtutem etc. unum corpus, unus spiritus. gloss. scilicet eiusdem voluntatis ad Ephe. iii. ca. [ad Ephesios epist., 4, 3-4].
- §3.3.1.6 Sexta conclusio, quod sicut corpus physicum non sistit, nisi per compaginum coniunctis partibus, et membrum a corpore deciduum arescit, sic in corpore mystico non potest idem corpus esse vel subsistere nisi per unionem voluntatum. Probatur conclusio in sui primo parte, quia hoc corpus mysticum ex nulla alia unione sistit, quod voluntatum (ut dictum est) de quo in Psal. [PENDING]. Qui facis habitare unius uxoris, et unius voluntatis etc. secundum Gregorium [PENDING]; et ideo Christus in evangelio ad hoc propositum dixit. Non potest facere fructum nisi manserit in vite qui manet in me, qui scilicet sum caput ecclesie, multum fructum affert, et si quis in me non manserit, mittetur foras, sicut palmes et arescet, et colligent, et mittent in ignem, et sequitur. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis fiet, si precepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea etc. [John 15, 2-9] precepta enim nil aliud sunt quam signa, et volita voluntatis. Ex quibus verbis patet evidenter quod. illud membrum dicitur in corpore permanere, quod permanet in capitis voluntate illam, sive eius volita adimplendo, aliter enim est deciduum a capite, et mittitur foras, ut ibi. Et ad confirmatione iii c.

THIRD TRACT

§3.3.1.7 *The seventh conclusion explains the preceding ones: the members must conform in two respects, unity of intention and unity of action.*

§3.3.1.8 *The eighth conclusion derives from the preceding ones: every mystical member that is separated from its mystical head by its intention or action withers and spoils; being separate from the head and the body, is no longer in accord with or faithful to them, and should therefore be thrown in the fire to be burned.*

§3.3.1.9 *The ninth conclusion: the separation of a mystical member from its head, in intention or action, is a pernicious separation and act of disloyalty.*

resecandae et c. ecce autem [Decretum, II, 24, 3, 16 & 18], ubi dicitur membrum putridum abscindatis. ad Philippenses i. [ad Philipppen. 1, 27], ubi dicitur, audiam vobis, quod satis in uno spiritu unanimes etc. et c. ii [ad Philipppen., 2, 2] unanimes idipsum sentientes etc.

§3.3.1.7 Septima conclusio declarativa predictorum, quod membra capiti debent esse confirmativa in duobus, scilicet in unitate affectus, et unitate effectus. Affectus, scilicet ut idem velint membra, quod caput iuxta illud Pauli ad Ephesios quarto capi. [Ephesians., 4, 4]: Soliciti servare unitatem spiritus, scilicet eiusdem voluntatis, secundum glossam pro ut dictum est in prededenti conclusione. Effectus, scilicet ut membra unanimiter impleant voluntatem sui capitis, idest volita per caput qui enim implet volita capitis, in eo manet. Hinc dicit veritas in evange.: Si precepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea. Jo. xv [John, 15, 10].

§3.3.1.8 Octava conclusio descendens ex premissis, quod quodcunque membrua mysticum & divisum a suo capite mystico in affectu vel in effectum aridum stet, putrescit et tanquam divisum a capite et corpore desint membrum, et non remanet in illius imitate, et consequenter neque in eius fidelitate et ideo mittendum est in ignem, ut ardeat. Probatur conclusio ad literam Joan. capite. xv [John, 15, 10], ubi sic dicit. Christus caput ecclesie, ego sum vitis vera, vos autem estis palmites, qui manet in me, multum fructum affert, si quis enim in me non manserit, mittetur foras, et arescit [John, 15, 5-6] etc., et alibi ab arbore frange ramum, geminare non poterit a fonte precide rivum, precisus arescit, vigesimaquarta questione prim. capitulo, c. loquitur [Decretum, II, 24, 18, 1] et illud turpis est pars, que suo universo non congruit, secundum Augustinum, [Confessions, 2 (or 3)–as mentioned in the epitome of c.2.] et habetur in octava distinctione, quae contra [Decretum, I, 8, 2].

§3.3.1.9 Nona conclusio, quod divisio contra membrum mysticum a suo capite (qua dividitur in affectu vel effectum) est divisio pernicioosa et infidelitatis. Probatur conclu. quia turpis est pars etc. ut proximi dictum [Decretum, I, 8, 2] est. Et quia per huiusmodi divisionem mutilant corpus mysticum, et membrum arescit (ut dictum est), ut habetur Jo. xv [John, 15, 6] et totum corpus per huiusmodi divisiones membrorum a capite, et capitis a membris dissolvitur, et redigitur ad non ens, sicut videtur in corpore physico^{†gl} quia bona est consequentia, ut d. c. quam plerisque, [Decretales, I, 31, 14] unde nulla regni, vel alterius pluralitatis multitudo continent [51v] sub tuto nisi quatenus continetur sub uno (secundum Dionysium [PENDING]) ens enim, et unum consequitur pro quo illud in evangel. Omne regnum in se divisum desolabitur. Luce. xi. [Luke 11, 17] et Osee ca. x.

THIRD TRACT

§3.3.2.0 *So much for the fact that fidelity consists of true union of mystical members to the head. Beyond that it needs to be said that fidelity consists of true love of the members for the head, for which the following conclusions are posed.*

§3.3.2.1 *First conclusion: in every mystical body the most important and noble member is the head.*

§3.3.2.2 *Second conclusion: the mystical head infuses being into each of its members.*

[Osiah, 10, 2]: Divisum est cor eorum, idest voluntas, et affectus eorum nunc introibunt, et quia recesserunt a me, scilicet eorum capite. Osee. vii. cap. [Osiah, 7, 13] scilicet recessu voluntatis, sive affectus et effectus iuxta supradicta, et alibi mysterii divini se ex colore intelligent, qui ausi sint aperti capitis ecclesie soliditate recedere xix di. c. ita dominus [Decretum, I, 19, 7].

Ex quibus infertur, quod cum regnicole status nobilium plebiorum et comitatum quasi omnes, et de aliis statibus plurimi distraxerint se ab unitate sui capitis, regis, videlicet et domini sui unigeniti, ut patet in prologo, et infra dicitur, et ab eorum voluntatibus et volitis sequitur ex premissis eosdem fuisse, et esse membra putrida, et infidelia et a vera suo capite, et corpore decisa et arida fore igni concremanda, ut patet ex conclusionibus tam dictis pro quo Jo. xv [John 15, 5ff].

§3.3.2.0 Et hec de fidelitate consistente in vera unitate membrorum mysticorum ad caput. Dictum est ultra contra hoc primum quod fidelitas consistit etiam in amore sincero membrorum ad caput etc., cuius gratia pono conclu. sequen.

§3.3.2.1 Prima conclusio, quoad in quolibet corpore mystico principaliter et nobiliter membrum est caput^{†gl}. Probatur conclusio, ab eius significatio, caput enim idem est quod principium, et etiam quia in eo sunt omnes partes anime, videlicet intellectus, voluntas, et memoria, ratione quorum dicitur homo. Hic dicit lex, quod separatim partibus corporis sepultis, ille locus est solum religiosus, ubi caput (quod set hominis principale) sepulchrum, quod est imago, unde homo cognoscitur, ut hec dicit textus in 1. quum diversis. de reli. [Dig. 11, 7, 44]. [52r]

§3.3.2.2 Secunda conclusio, quod caput mysticum influit esse in quolibet suorum membrorum. Probatur conclusio, quia secundum pbysicos, ita etiam in quolibet naturali capite, igitur, etc., quia bona est consequentia, ut 1. adoptio [Dig. 1, 7, 16] et c. quoniam plerisque allegata [Decretales, I, 31, 44] et expresse hec conclusio probatur xix dist. c. ita dominus [Decretum, I, 19, 7] ubi tex. quod ita Christus ad omnium officium sacri muneris ministrorum apostolorum pertinere voluit, ut in beato Petro omnium apostolorum summo principaliter id collocaret, ut ab ipso quasi a quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet, ut exortem se divini ministerii intelligeret, qui ausus fuerit a Petri soliditate recedere, ut alibi unum est caput. scilicet ecclesia, quod ubique diffunditur, ne unitas corporis separetur etc., xxiii q. 1. c. si petrus [Decretum, II, 24, 1, 17] confirmatur. caput mysticum regi omnia membra suo iudicio, et per illud sistunt et vivunt, ut habetur ad Colossen. ii [Coloss. 2, 10] et ad Ephe. iv. [Ephes., 4, 4] totum enim corpus mysticum rueret nisi caput sisteret. hic

¹ Inadvertently marked earlier at *nobiliter*.

THIRD TRACT

*T
h
i
r
d
c
o
n
c
l
u
s
i
o
n
:
a
l
l
m
y
s
t
i
c
a
l
m
e
m
b
e
r
s
a
r
e
h*

THIRD TRACT

*e
l
d
t
o
l
o
v
e
t
h
e
m
y
s
t
i
c
a
l
h
e
a
d
n
a
t
u
r
a
l
l
y
o
r
b
y*

reason of nature.

THIRD TRACT

§3.3.2.4 *Fourth conclusion: since each mystical member is held to love the other members, the more so does he love his head.*

dicitur Proverb. xi [Proverbs 11, 14], ubi non est rex populus corruet, inde ait philosophus in polyti. [PENDING] et legitur in lib. de regi. princi. [PENDING] quod sicut anima est vita, et salus corporis, sic et **bonus rex**^{†gl} vita et conservatio regni, etc. [52v]

§3.3.2.3 Tertia conclusio, quod omnia membra mystica tenentur diligere suum caput mysticum naturaliter sive naturali ratione. Probatur per philosophum in viii ety. [PENDING] Et probatur conclusio, quia ita videmus membra physica synceriter suum captit, ut infra dicitur in seq. conclu. igitur, et sic in hoc mystico. Preterea unum quodque naturali ratione tenetur diligere illum, a quo esse habet, et bona etc., ut plene habetur. ix. ety. [PENDING] et iuxta illud Benefacienti benefaciamus in 1. ii. C. de in ius vocan. [Cod. 2, 2, 2] et nedum hoc locum habet inter rationalia, sed et inter irrationalia, quod patet in cane diligente quenlibet sibi benefacientem, sed membra naturalia habent esse influxum a capite, ut dictum est, et pariter mystica ut dixi in precedenti conclu. igitur, etc.

§3.3.2.4 Quarta conclusio, quod unumquodque membrum mysticum tenetur diligere alia membra, igitur multo magis **caput eius**.^{†gl} Probatur conclusio, quia si id quod minus videtur in[53r]esse inest, etc., ut in aut. multo magis. de episco. et cleri. C. [Authen., 4, 1 (Novella 22) appended to Cod. 1, 3(6), 19], quod autem membrum alia membra diligere teneatur. Probatur, quia sic est in membris physicis, igitur ita debet esse in mysticis, sic probatur nam unum membrum, ut brachium, manus, pes et similia se opponunt pro defensione aliorum membrorum, ut patet quando aliquis cum gladio vel baculo invaditur in aliqua parte corporis (ut infra hoc plenius dicitur) et insuper unum membrum etiam sibi reputat bonum vel malum quod aiteni membro fit; hic Christus caput ecclesie dicit in evangelio. Matthus xxv [Matthew 25, 40], quod uni ex minimis meis fecisti, loquendo de membris mysticis ecclesie; ulterius dicit apostolus ad Corin. xii [Corinth. 12, 25], sic: quod in corpore seu physico invicem stunt sollicita membra, et si patitur unum membrum, compatiuntur alia membra, sive gloriatur unum membrum congaudent alia membra, vos autem estis corpus Christi, et membra de membro, dicens quod quia sic est in membris naturalibus sic et in mysticis esse debet, ut ibi patet. Et sic patet ibi dare quod membra physica mutuo se diligunt, adeo quod bonum vel malum alterius est omnium, et consequenter sic esse debet in mysticis ut ibi. Et sic patet declaratum, quod fidelitas consistit in unitate, et amore sincero membrorum mysticorum [53v] ad caput sive dominum illorum.

§3.3.3.0 *To explain this better, it behooves us to see what this kind of love this consists of (if*

THIRD TRACT

members are bound to the mystical head by inner love). I say that this kind of faithful inner love consists of ten items.

§3.3.3.1 *First of items constituting fidelity of love or in love is that the mystical member love its master (who is its head) more (or at least as much) than he loves himself.*

§3.3.3.2 *Secondly, that every mystical members love its head (that is to say, its master) and not any other person, nor admit to another person that it loves him just as it does its master.*

§3.3.3.0 Pro declaratione vero pleniori videre incumbit, in quibus huiusmodi amor (si per interiora amoris fidelitas contra membra ad caput mysticum astringuntur), dicitur consistere. Pro cuius responsione et examinatione dico, quod huius fidelitas amoris interior inter cetera in decem reperitur consistere.

§3.3.3.1 Primum in quo consistit fidelitas amoris sive in amore est, quod membrum mysticum diligat dominum, sive caput suum plus, aut saltem tantum, sicut seipsum; hoc probatur sine conclusio ista per conclusionem tertiam supra positam, et per Aristotelem in octav etycorum, [PENDING] et ibi aperte, et plenius declarabitur infra in sequenti articulo et conclusione debent enim dominus suum superiorem diligere quilibet tanquam vicarium, sive legatum dei; sicut dicitur, quod quilibet subditus debet amare suum episcopum, tanquam dei legatum, ut habetur vi. questione i. ca. sint pariter [non inveni]. Et superiorem suum dominum in temporalibus, qui est deus in terris, ut no. glossa in l. tubemus. de sacrosamatis ecclesiis [Cod. 1, 2(5), 14 (Gloss.on "coeleste")] idest et locumtenens dei in terris, quia omnis potestas a dei est ad Rom. xiii [ad Roman. epist., 13, 1] et consequenter dicitur missus a dei iuxta illud i Petrj ii. capi. [1 Peter 2, 13-14]: Estote subiecti etc., tanquam ab eo missis, etc.

§3.3.3.2 Secundum est que membrum unumquodque mysticum adeo caput, sive dominum suum diligat, quod nullum alium diligat vel admittat ad id ad quod illum diligit, nec ad hoc, sicut illum. Probatur conclusio, nam uxoris caput est vir, sicut et Christus caput est ecclesie, ut habetur ad Ephes. v. capi. [Ephes. 5, 23], et tamen ista amore maritali, nec aliud quam virum, nec sicut virum debet amare alium a viro, vel si hoc faceret, fornicaretur, quia mulier potestatem corporis sui non habet, sed vir, et econtra, ut habetur i. ad Corinth. vii ca. [1 ad Corinth. 7, 4], hic apostolus ait, igitur vivente viro vocabitur adultera, si ferit cum alio viro. ad Roma. vii [ad Roman. 7, 3], et in evangelio dicitur, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechantus est in corde suo, xxxii. questio v. qui viderit. [Decretum, II, 32, 5, 13] et Matth. v. ca. [Mathew 5, 28], ex quibus patet quod mentem, aut omnium coniunx non debet ad alterum habere, nec ad id diligere, ac quod virum et ideo deus caput et supremus omnium voluit se per nos amari ex toto corde, idest ex toto intellectu ipsum solum et non alium, credendo ex tota anima, idest ex tota mente, idest ex tota memoria ipsum nunquam obliviscendo, ita similiter membra mystica alicuius regni debent diligere regem caput suum supremum ex toto corde, sine errore credendo, et agnoscendo illum esse caput

§3.3.3.2a *If, however, any mystical member should love, or admit that it loves as head anyone*

THIRD TRACT

other than his true head, to any degree whatever, then truly that member is unfaithful and corrupt.

§3.3.3.3 *The third element of fidelity in love is the hatred which every mystical or political member has for his master's rivals or those rebelling against him, inasmuch as he hates what his lord hates and loves what he loves.*

supremum, et nullum alium et ex tota anima, idest tota ex voluntate sine quavis contradictione illum solum et non alium volendo et amando ad id ad quod illum, scilicet ad capitationem, et regimen regni ex tota mente et memoria illum non obliviscens, nec ab eo discedendo, hinc dicitur honora dominum, et valebis preter eum vero ne timeas alienum, Proverbiorum septimo [read: tertio] capi. [Proverb. 3, 9]; similitudo et consequentia dicta est bona, nam princeps sive rex est deus terrenus, et vicarius dei in terris, ut dicit glossa in 1. iubemus. C. de sacrosan. ecclesiis [Cod. I, 2(5), 14], et textus ibi satis probatur quum dicit celeste oraculum etc. Et hanc consequentiam, sive similitudinem esse bonam dicit Bartolus in simili in 1. ad reprimendam. extravaga. [(Feudal) Extravagantes, Tit. 1], quomodo fit in cri. lese maiestatis proce.

§3.3.3.2a Ceterum si membrum aliquod mysticum amaret, vel admitteret alium a capite tantum vel aliquatenus ad id quod caput, seu ad ea quo ad caput pertinent inquantum huius, vere hoc membrum infidele esset, et corruptum. Probatur ex proxime dictis si enim mulier aliquatenus amaret alium, quam virum ad ea que viri sunt (qui est caput eius), et que ad eum inquantum huius, idest inquantum maritum pertinent, procul dubio mecha esset, et viro infidelis, iuxta illud. capite v. Matthe. [Matthew 5, 28]: Qui viderit mulierem ad concupiscendum etc. hic Bernar. [non inveni] mulier fidelis non amat carnaliter alium, cum viro suo, non enim dicitur aurum purum, quod est contaminatum, idest quod habet aliquid terrentiatis, aut alterius metalli amixtum., sicut dicitur Luce. xiii [Luke 13, 1] quod Pilatus miscuit sanguinem cum sacrificio Galileorum, quod fit quando illius amor (qui solus diligi debet) alius commiscetur sicut idolotra dicitur, qui id quod debetur creatori) confert, aut communicat creature. Hanc dicitur provocaverunt cum diis alienis etc, ut habetur in Psal. [Psalm 77, 58] et Deuterono. xxxii [Deuteron., 32, 16], igitur et sic dicendum est membrum mysticum adulterum esse, et infidele, si amaret alium, vel coniungeret ad id aut taliter, ad quod vel qualiter caput suum et dominum suum amare, vel illi facere obligatur per predicta.

§3.3.3.3 Tertium (in quo consistit fidelitas) in amore est, quod unumquodque membrum mysticum sive politicum odio habeat emulos aut rebelles domino etc., inquantum huius et id quod caput eius, et dominus ex hoc odit et amet quidquid ille amat. Probatur primum, nam deus odit iniquitatem, et iniquos inquantum huius, ut in psalmo [Psalm 5,7]: Odisti omnes qui operantur iniquitatem etc.; et Sapientie quatuordecimo capite [Sapient. 14, 9]: Odibilis est deo impius, et iniquitas eius, et idem [54r] debet facere quodlibet membrum mysticum; et in Psal. [Psalm 96, 10] etiam qui diligitis dominum, odite malum etc.; et in Psal. [PENDING] facientes prevaricationes odite malum etc.; hinc Apoca. ii [Apoc. 2, 6]: sed hoc bonum habes, quod odisti facta

§3.3.3.4 *The fourth element of which this fidelity consists is that every mystical or political member*

THIRD TRACT

is held (as has just been said) to hate and steer clear of those rivals, traitors, and rebels of his master (or head) whom his master hates and avoids, else by dealing with any such person in friendly fashion said member shall be deemed to be disloyal and a traitor.

nicholaitarum, que ego odi. Secundum probatur, nam deus diligit nos, ut habetur Ozee. xiiii [Hosea 14, 5]: diligam eos spontanee; Joan. iii [John 3, 16]: Sic deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret; et Apoca. i. [Apoc. 1, 5]: dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris, in sanguine suo etc.; et ideo unusquisque debet diligere proximum suum, [cf. Matthew 19, 19]: ut in secundo precepto decalogi, hinc. i. Joan. iiii [1 John epist. 4, 20]: Si quis dixerit, quoniam diligo deum, et fratrem suum odit, mendax est. Ceterum beatus Petrus princeps apostolorum alloquens populum, sic inquit [PENDING]: Si inimicus est iste clemens alicui pro actibus suis, et vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat, cum illo. Nolite amici esse, sed prudenter observare debetis, et voluntati eius absque communicatione obsecundare, at avertere vos ab eo, qui sentitis ipsum esse adversum etc., sed nec loqui debetis his quibus ipse non loquitur etc.; hinc dicitur quod regnum est in rege et rex in regno, idest caput in membris, et econtra, et ideo qui pacem cum capita mystico, si regem non habent illi membra communicare non debent nullo modo, ne regnum (quod unicum corpus est) capitis, scilicet et membrorum scissuram patiat, ut hec, habent in simili. vii. question. prima. scire. [Decretum, II, 7,1,7]. Et patet evidenter probatum, quod membrum quodque mysticum, illos et illud debet diligere vel odire modo predicto, quos vel quod dominus sive caput eius (sicut preteritur) diligit vel odit; pro quorum confirmatione propheta sic ait in Psal. [Psalm Psalm 138, 21]: Nonne qui oderunt te, oderam, et super inimicos tuos tabescebam, et super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos, et inimici facti sunt mihi etc. Et intelligo odire odio quo perversi in quantum huius odiuntur, ut predixi.

§3.3.3.4

Quartum (in quo huiusmodi fidelitas consistit) est, quod adeo corpus quodhibet mysticum sive polyticum tenetur (sicut predicatur) odire et evitare emulos, et infideles domino et rebelles etc. quod dominus, sive caput eius evitat et odit quod si aliquod membrum huiusmodi amicaretur sive amicus fieret, vel esset his (qui domino suo adversantur) et quilibet dominus, sive caput non loquitur, ex hoc censeretur unum, et idem cum his, qui domino adversantur vel econtra haec ad literam habentur xciii. distin. c. quinimo [NON INVENI] (quo fortius est) proditor, et infidelis ut tale membrum censetur. nam (ut dicit tex. ibidem, et sunt verba beati Petri apostoli [Giovanns xciii. distin. c. quinimo?]) tale membrum corpore videtur esse, cum domino suo et capite, mente vero et animo contra caput suum, et dominum esse censetur, et multo nequior hostis est contra dominum quam illi qui foris sunt animo, et evidenter sunt inimici, ut hec habentur ad literam ibidem, quod est notandum multum in hac materia, et pro confirmatione conclusionis ait apostolus i. ad Corin. vi [1 Corin. 6,16], an nescitis, quod qui adherent meretrici unum membrum efficiuntur cum ea, igitur que amicitur emulis, aut infidelibus domiui, idem efficitur cum eis, etc. de hoc plenius infra de infidelitate agitur xi. conclu.

THIRD TRACT

§3.3.3.5 *The fifth element of which fidelity in love consists is that every political or mystical member is held to adhere to and obey the will of his lord or mystical head in all respects.*

§3.3.3.6 *The sixth is that any true civil or mystical member will not abandon his head in adversity, but come to aid, for otherwise he is an unfaithful member.*

§3.3.3.5 Quintum (in quo huiusmodi fidelitas in amore consistit) est, quod membrum quodlibet polyticum sive mysticum tenetur adherere, et sequi voluntatem sui domini sive capitis mystici illi totaliter se informando. Hinc dicit Marcus Tullius Cicero: amor sine amicitia est idem velle, idem nolle, et no. per glossam in 1. late. de verbo. signi. [Dig. 50, 16, 223²], et idem videmus in corpora physico, in quo voluntas totius est capitis et in capite, igitur et sic debet esse in polytico et mystico, ut 1. adoptio. [Dig. 1, 7, 16³] et c. quoniam plerisque [Decretales, I, 31, 14] alleg. supra. aliter enim esset divisio voluntatum et volitorum et scissura membrorum a capita, et consequenter totius compositi destructio, iuxta propterea dicebat apostolus ad Phili. ca. ii [ad Philippians, 2, 2], unanimes idipsum sentientes etc., ut dixi plenius supra ubi agitur de unitate membrorum ad caput in sexta conclusione. Et propter hoc verum membrum ecclesie (cuius caput est Christus) in sua oratione illi debet se semper offerre opere unicum, et conformem sui dicti capitis voluntati, ut in oratione dominica fiat voluntas tua etc. Hinc dicitur Sapientie tertio capi. [Sapient. 3, 9]: Fideles in dilectione acquiescent ei.

§3.3.3.6 Sextum est, quod nullum verum membrum civile seu mysticum debet deferere caput suum in adversitate, sed eo de bonis suis suffragari, aliter enim est membrum infidele, et putridum secundum omnes. pro quo quod habetur Ecclesiastici vigesimo secundo capite [Ecclesiastici 22, 28-29], ubi dicitur fidem posside, cum amico tuo in paupertate illius etcetera, et in tempore tribulationis permane illi fidelis etcetera. Nam omni tempore diligit qui amicus est, et frater in angustiis comprobatur. Proverbiorum decimo septimo capite [Proverbs 17, 17], unde philosophus octavo et ycorum [PENDING] Animi enim boni est sufficere indigentibus: beneficium tamen huiusmodi maximum, et laudabilissimum ad amicos presertim, quia in inopia et in infortuniis solum solet refugium esse ad amicos, secundum Philosophum [PENDING] ibi notabilis nempe amicitia inter caput et membra mystica, sicut et inter filium et parentes. unde Homerus. Jovem regem patrem appellavit, ut ait philosophus ibidem. [PENDING] sic enim videmus quod in corpore physico in quo membra nedum capiti [54v] condolent, sed etiam aliis membris vicitudinarie succurrunt, oculus enim totum corpus videt, et videndo succurrit, et manus oculo

² Cicero cited in the *Glossa ordinaria* on the word “rationibus”.

³ Or *Cod.* 8, 48, 4, or *Instit.* 1, 11, 1.

THIRD TRACT

§3.3.3.7 *The seventh is that mystical members must not, out of fear for their person or the damage or loss of their goods, abandon their master, their true head, in time of adversity, but must disregard all things lost on his behalf, for otherwise the member is unfaithful and unjust.*

§3.3.3.8 *The eighth is that the mystical and civil member is required by this kind of loving fidelity to observe the express orders, commands, and wishes of his master and mystical head.*

collirium prebet, et sic de aliis, igitur; et ita facere debent membra mystica, hinc dicit apostolus prima ad Corinthios capite duodecimo [1 ad Corinth. 12, 25]: In idipsum pro invicem sollicita sint membra et cetera. et ad Galathas sexto capite [ad Galatians 6, 2]: Alter alterius onera portate etcetera, de bonis suis succurrere fidelis amicus tenetur per predicta. aliter non dicitur illi compati, nec onus amici portare, quod facere debet, secundum philosophus in etycis, [PENDING] et ideo Ecclesiastici sexto capite [Ecclesiastes 6, 16]: Amicus fidelis, medicamentum vite, et immortalitatis etcetera, et iuxta hec dicebat quidam philosophus [PENDING] quum diceretur ei de quodam quod ille amicus illius erat, cur enim illo divite pauper est ille, amicus namque fidelis non est qui particeps fortune non est, et gaudio, at tristitia, ut habetur per philosophum in nono etycorum. [PENDING]

§3.3.3.7 Septimum est, quod membra mystica propter aliquod persone, vel bonorum propriorum detrimentum perditionem vel adhibendam conservationem non debent dominum suum, eorum verum caput, et polyticum deferere ullo tempore adversitatis aut alio, sed omne damnum negligere propter illud, aliter enim membrum infidele et iniustum. Probatur hec, nam amicitia perfecta esse debet inter caput huiusmodi et membra, ut habetur in nono etycorum, [PENDING] pro quo quod habetur Prover. xii [Proverbs 12, 26], ubi dicitur, qui negligit damnum propter amicum, iniustus est, ergo a contrario iniustus, et Ecclesia. xxii [Ecclesiastes 22, 31], ubi dicitur et si male mihi per illum advenerit persustinebo, aliter enim non est fidelitas, hac (ait Sene.) [PENDING] amica lege et iure amicitie tam bonorum quam malorum debetur communicatio; aliter autem est amicus manse et infidelis, qui est amicus ad tempus suum et non permanet in die tribulationis, Ecclesiastici capite sexto [Ecclesiastes 6, 7]. Hinc dicitur prima epistola Joannis in capita tertio [1 John, 3, 16]: In hoc cognovimus charitatem dei, quoniam ipse pro nobis animam posuit etcetera. Confirmantur premissa per exempla, que bruta nobis in his tribuuntur videmus enim canes, qui dominum suum sequuntur invitum, licet ille comminetur aut lapides iaciat, et eum sequitur per spinas et aquas, et similiter mulier multas molestias patitur pro amasio suo, relinquens parentes et omnia quamvis pro eo, vel ab eo verba, famen et pestes alias pretiatur mulier, ergo minus membrum unquam debet deferere corpus aut caput suum mysticum propter illius, at bonorum aliquod detrimentum, imo infidelis est aliter et corruptum, ut est predictum.

§3.3.3.8 Octavum est, quod membrum mysticum et civile tenetur ex debito huiusmodi fidelitatis ex amore observare inconcussa precepta, ordinationes, et volita domini et capitis sui mystici. Hec conclusio est philosophi in polyticis [PENDING] et Egidius in libro suo de regimine principum in tertio libro. [PENDING] Hinc dicit Christus, caput ecclesie. Si quis diligit me,

THIRD TRACT

§3.3.3.9 *The ninth is that every mystical member is held to accept not only the orders of his master and head but also his requests without exception.*

§3.3.3.10 *The tenth is that the love and fidelity of this kind of mystical member for the head be true, sincere and not feigned or defiled, for otherwise this member would be an enemy much more than he who fully and openly opposes the head.*

sermonem meum servabit, Joannes quartodecimo capite [John 14, 23]. Et ibidem: Qui non diligit me, sermones meos non servat [John 14, 24]. Et ibidem: Qui habet mandata mea et servat ea, ille diligit me [John 14, 21]. Et ibidem: Si diligitis me, mandata mea servate [John 14, 15], etcetera; ergo a contrario, qui mandata non servat, hanc non habet fidelitatem. unde philosophus et Egidius, ubi supra aiunt quod sistentie regnorum et obediendo regibus et dominus, et eorum volitis et preceptis dependet, ita quod sine hac nihil, ut habes ibi.

§3.3.3.9 Nonum est, quod membrum quodlibet mysticum non solum preceptis sui domini et capitis sed etiam requisitionibus sine dilectione acquiescere teneatur. Probatur conclusio Proverbiorum eapitulo tertio [Prov. 3, 28]: Ne dicas amico tuo tibi, quum statim possis facere. Abraam patriarcha enim divino precepto de circumcissione facto obedivit, ut habetur historialiter Genesis primo [read: septemdecim] capite [Genesis, 17], idem Abimelech, ut ibidem habes in capite vigesimo [Genesis, 20].

§3.3.3.10 Decimum est, quo amor et fidelitas huiusmodi membri mystici ad caput sit verus, syncerus, et non fictus nec maculatus aliter enim huiusmodi membrum esset magis hostis, quam illi qui omnino, et aperte capiti inimicantur, hec habentur textualiter in nonagesimatertia distinctione, in capitulo primo [Decretum, I, 93, 1], et de isto membro fidelioe tantum, sed non corde loquitur propheta regius in Psalmis [Psalm 61, 5]: Ore suo benedicebant, corde vero suo maledicebant, et illud dictum prophete Esaie [Isaiah, 29, 13]: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. Mattheus in quintodecimo capite [Matthew 15, 8]. Et in Psalmis [Psalm 77, 36]: Et dilexerunt eum in ore suo, etcetera. Cor autem eorum non erat rectum^{†gl} cum eo, nec fideles habiti sunt ei, et cetera. Quinimo secundum Pphilosophum tu habes in [56r] nono etycorum: [PENDING] Amor huiusmodi fictus est fallax, et membrum huiusmodi mysticum nequius et falsius his qui numisma violent, quanto hec malignitas circa honorabilius bonum mala operatio dicitur.

THIRD TRACT

§3.3.4.0 *In the second place, and principally, I have said [see above §3.3.0] that the fidelity of subjects or mystical members for the head consists of intention and action in many ways: first of all in exposing themselves to danger for the well being of their head; secondly in comporting themselves loyally in handling the property of their master; and thirdly, when acting on the lord's behalf, in having words conform with deeds and vice versa.*

§3.3.4a.0 *To explicate the first of the three aspects of fidelity in action, in which the faithful mystical member is held to defend his lord and head at the risk of his own life, I posit the following conclusions.*

§3.3.4a.1 *First conclusion, that every political and mystical member is held and bound to expose himself to the danger of death or damage for the well being and defense of the body of which he is a member.*

§3.3.4.0 *Secundo loco et principaliter dixi quod fidelitas suppositorum sive membrorum mysticorum ad caput suum et dominum consistit ex externis in actione sive in exteriori operatione, ad quod declarandum sciendum quod unumquodque membrum mysticum tenetur ad extra, sive in actibus exterioribus sue domino, sive capiti mystico in multis et inter alia, primo quod se exponat periculis pro salute et defensione sui capitis et domini. Secundum, quod se habeat fideliter in administratione bonorum domini sui. Tertium, quod actibus et verbis fideliter agat cum domino, sic ut facta verbis convenient, et econtra.*

§3.3.4a.0 *Pro quorum declaratione devenientes ad primum quo scilicet dicitur fideliter in exteriori operatione consistere, in eo quod membrum fidele mysticum tenetur domino suo et capiti se pro illius defensione periculo mortis et alterius damni opponere, et exponere pono conclusione sequentes.*

§3.3.4a.1 *Prima conclusio, quod quodcumque membrum polyticum sive mysticum tenetur et obligatur se periculo mortis, et alterius damni exponere pro salute, et defensione capitis et corporis cuius est membrum. Probatur conclusio, nam unumquodque in rebus naturalibus secundum quod est alterius, idem sibi principaliter, et ideo magis declinat in id cuius est magis quam in seipsum, sicut videmus quod manus (que est naturalis pars, et membrum) exponit se contractui et periculo sue peremptionis ad conservationem totius corporis et pariter capitis. Et qua ratio imitatur naturam, hanc mutationem invenimus in virtutibus polyticis est enim virtus si civis ut se mortis exponat periculo pro rei publice confirmatione, et capitis eius, ut videmus diebus singulis in militibus et armigeris, ut hec habentur et declarantur latius per sanctum Tho. in i. parte. q. lx. articu. ulti. [PENDING] Et propterea dicitur in evangelio: Estote prudentes, ut serpentes etc. Mat. x [Matthew 10, 16]: Prudentia serpentis est quod caput servat, et tegit etc. membra periculo exponit pro tuitione capitis, et pro hoc facit 1. omne §fin. de re militia. [Dig., 49, 16, 6], hinc etiam milites a malo domini, quia malum tenentur ferre pro republica, ut 1. i. de testa. mili. [Dig., 29, 1, 1], et iurant se non evituros mortem pro re publica. ut not, per glossam in 1. penul. ff. ex qui. cau. ma. [Dig., 4, 6, 45]. Quum igitur sic sit in membris*

THIRD TRACT

§3.3.4a.2

The second conclusion, every political or mystical member is held to do more things by reason of love and help of his master and mystical head than is he who is a simple vassal and not a civil member—such as, for example, a resident of the empire who holds a castle in fief from the king of France but does not live in the kingdom of France, who is bound to the king only as a vassal and not as a mystical member, for he is not a subject of the kingdom of France.

utriusque corporis, videlicet tam physici tam civilis. igitur, etc. nec mirum, quia sicut caput physicum influit esse conservativum in membra sui corporis, ita pariter caput polyticum sive mysticum, ut declaratum est supra proximi in ii. conclusione. Et sic consequenter caput mysticum est suis membris principalius, et ideo magis debet inclinari et affici in illud quam ipsum, sicut promixte dictum est de capite physico etc. Et hec vera nisi aperte, vel vehementissime apparet, quod licet membrum huius se submittit mortis periculo, non ex hoc corpus vel caput mysticum salvaretur, tunc enim non tenetur huiusmodi membrum se periculo exponere mortis, quia non debet fieri, quod factum non prodest, ut. 1. aliquando, ad velleianum. [Dig., 16, 1, 13], et pro hoc 1. omne, §finali. de re militari. [Dig., 49, 16, 6], ubi hoc probatur expresse.

Ex quibus evidenter sequitur quod unumquodque membrum civile seu mysticum tenetur magis diligere caput dominum suum quam seipsum, nam ita videmus in physico corpora. igitur etc. ut proxime dictum est.

§3.3.4a.2

Secunda conclusio, quod quodlibet polyticum membrum sive mysticum tenetur ad multa et multo plus ad dilectionem et iuvamen sui capitis et domini, cuius tamen solus vasallus et non civile membrum, utpote quia aliquis de imperio regni habitator teneat a rege Francie castrum aliquo regni in feudum, non tamen in regno Francie habitat talis simpliciter tenetur regi ut vasallus, et non ut membrum mysticum, quum non sit regni Francie suppositum. Sortes vero regnicola (licet non sit vasallus regis) tamen est membrum regni mysticum simplex, et ideo tanquam membrum huiusmodi tenetur regi et regno precise ad maiorem dilectionem, et maiorem defensionem pro eo faciendam, quam pro ipsomet (ut dictum est) quod non sic esset in vasallo qui non obligatur magis domino quam sibi ipsi imo multo minus, ut not. glos. in feu. de prohibita feudorum alienatione, per Federicum. c. i. §finali. [Lib. Feud., II, 55, §2]. Et insuper obligatur magis domino, idest imperatori sive regi supremo ut suo capiti mystico, quam domino cuius est vasallus. Et ideo in quolibet iuramento vasalli intelligitur exceptus dominus superior, cuius est membrum mysticum, licet nihil teneat in feudum ab eo, et sic potest recte intelligi et intelligi §finali. in capitulo primo, de prohibita feudorum aliena. per Federicum [Lib. Feud. II, 55, §2]. Et propterea membrum mysticum committere potest crimen lese maiestatis contra dominum et caput eius, ut per totum titulum ad legem iuliam maiestatis [Dig., 48, 4 or Cod., 9, 8], quod tamen non potest simplex vasallus contra dominum suum, qui non est caput civile vel mysticum, ut habetur in capitulo incip. pastoralis in titulo de re [56v] iudicata. in clementina [Clementines, II, 10, 2]. Preterea vasallus non recipit a domino suo (cuius est membrum) infusionem conservativum sui esse polytici, sicut facit quodlibet membrum mysticum (ut predictum est) ideo non sibi

THIRD TRACT

§3.3.4a.2a *From this it follows that a civil or mystical member is held more fully by devotion to and defense of his lord and head than he is to his own kin, so that he is held to aid and defend his master against his own children, siblings and parents.*

§3.3.4a.3 *Third conclusion: the civil or mystical member is held to expose his possessions to the risk of loss in order to defend the body and head.*

§3.3.4a.4 *Fourth conclusion: as in the case of the physical body, also in the mystical body all the members do not have the same role.*

principalius, ideo etc. iuxta ea que dicta sunt in proximis conclusionibus.

§3.3.4.1.2a Et sic ex proxime dicta conclusione patet, quod unumquodque civile sive mysticum membrum tenetur ad dilectionem pleniorum et defensionem potiorum domini sui et capitis, quam liberorum patris vel fratris et consanguineorum suorum, et quod tenetur dominum iuvare et defendere contra filios et fratres et parentes, ac etiam ad quecumque alia ad que tenetur vasallus. Probatur conclusio per precedentem ubi patet quod ad plura tenetur membrum quodlibet suo domino et capiti quam vasallus, sed vasallus tenetur iuvare dominum contra parentes, fratres, et filios suos, ut in feu. hic fini. lex. c. i. §1 [Lib. Feud., II, 28, 1], et de nova fideli. forman. c. i [Lib. feud., II, 7, 1], et in decretis xxii. q. ulti. c. de forma. [Decretum, II, 22, 5], igitur etc., pro quo quia unusquisque rei publice nascitur, ut. 1. i. circa medium. de ven. in posses. mitten. [Dig., 37, 9, 1], et illud quod dicitur, et discipula castrorum antiquior et potior fuit suam charitas liberorum 1. postliminium, §filius, de capti [Dig., 49, 15, 19], et 1. minime. de religiosis et supptibus funerum [Dig., 11, 7, 35].

§3.3.4a.3 _____ Tertia conclusio, quod civile membrum sive mysticum multo magis pro defensione corporis et capitis sui tenetur periculo perditionis exponere sua quecumque. Probatur conclusio, quia si personam pericul. exponere tenetur, multo magis bona, nam persone pretiosiores sunt rebus ut 1. sanctius. de sacrosanctis ecclesiis [Cod., 1, 2(5), 17], nam etiam utilitatem publicam (que versatur in principibus ut 1. 1. §huius de iusti. et iure, [Instit., 1, 1, 4 or Dig., 1, 1, 2.] debet preferre, sue private ut. in aut. res. communia de legati [Cod., 6, 43, 3, §3] et 1. 1. de primipilo [Cod., 12, 62(63), 1], et bonum quanto communius tanto dignius, ut in 1. etycorum [PENDING] hinc scribitur Proverbiorum xii capite [Proverbs, 12, 26]: Qui negligit damnum propter amicum iustus est.

§3.3.4a.4 Quarta conclusio, quod sicut in physico corpore non omnia membra eundem actum habent, sicut nec in mystico. ut hec habentur ad Romanos, xii. capi. [Romans, 12, 4] et i. ad Corinthios xii. capitulo [1 Corinth., 12, 16ff]. Non enim omnia membra oculi aut pedes, aut manus, sic nec in corpore ecclesie non omnes apostoli, non omnes discipuli, non omnes prophete, non omnes doctores, ut dicit apostolus ubi supra sic et in corpore regni, non omnes milites, non omnes burgenses, non omnes mercatores, non omnes armigeri habente singuli devotiones secundum gratiam devotionis differentes, ut dicit apostolus.

THIRD TRACT

§3.3.4a.5 *Fifth conclusion: though it be true that attention must be given to all parts of the physical body and its head, the hands, arms, and like members concern us most because they are involved in the defense the whole, so too in the mystical body they count most in the defense of the body and head in military terms as well as in the conduct of civil vocations.*

§3.3.4a.6 *Sixth conclusion: every member is bound to advance and implicate itself not only in the defence of the body and its head but also to defend and recover the possessions of that body and head, who is his master.*

§3.3.4a.5 Quinta conclusio, quod sicut in corpore p[er] physico licet ad omnia membra spectet corporis et capitis sui initio, tamen principalius et per plus valde pertinet ad manua, brachia, et similia, quia illorum, videlicet manus, brachiorum et similium proprium officium est defensio totius, ut patet aperte, sic similiter in mystico corpore, per plus pertinet corporis et capitis protectio ad milites, armigeros, et similes quam ad clerico, agricolas, artifices, et mercatores, qui in illa vocatione non sunt vocati, sed milites et armigeri sic, et ideo iurant se non evitatu[m] mortem pro republica, ut notat glossa in autenti. de mandatis principum §finali [*Authentic 3, 4 (Nov. 17)*], *Gloss. ord. on §si quidem*], et ideo dicit apostolus: Unusquisque in qua vocatione vocatus est, permaneat, prima ad Corinthios septimo capite [*1 Corinthians, 7, 20*]. Nihilominus tamen quodlibet membrum debet facere ad defensionem capitis et corporis mystici quod potest, et in se est ut oculus videndo intuitive, ut certius defendatur corpus, et quod videlicet per visum circumspectans et pericula, et aget ad defensionem opportunam. Et sic de aliis membris, prout ad quodlibet pertinet, sic et in mystico agricole, mercatores, artifices contribuant et auxiliantur quilibet prout potest, et sibi convenit et pariter clerici, sicut hec declarabuntur infra in articulo quo queretur de clericis, utrum et qualiter teneantur ad defensionem corporis et capitis mystici sive civilis.

§3.3.4a.6 Sexta conclusio, quod non solum pro defensione corporis et capitis sui civilis sive mystici, quinimo etiam pro defensione et recuperatione rerum et bonorum illius corporis ac domini sui, sive capitis quodlibet membrum tenetur se exponere et implicare. Probatur hoc, quia ad hoc tenetur quilibet vasallus. ut capitulo primo de nova fidelitate formanda. [*Lib. feud., II, 7*] igitur multo magis quodlibet corpus mysticum sive civile, iuxta secundum conclusionem supra positam, nec mirum, nam corpus illud et caput mysticum sine corporalibus suis bonis diutius esse non posset, et bona corporalia ad conservationem corporis subordinantur, ut habetur in primo etycorum [*PENDING*] ideo eadem est ideo de eis et de conservatione corporis, ad cuius tuitionem existunt subordinata. ut 1. necare. de liberia agnoscendis [*Dig., 25, 3, 4*], et quod notatur et habetur per glossam in 1. quisquis. penultimo. de donationibus [*Cod., 8, 54, 28*].⁴ Et hec dicta

⁴ This “1. quisquis” has but one paragraph, and neither it nor the few glosses on it apply. Terrevermeille probably confused this “quisquis” (the only one in *De donationibus*) with one of the 19 other “1. quisquis” in the Code.

THIRD TRACT

§3.3.4b.0 *The second constituent of fidelity in overt deeds is that the political or mystical member act in good faith and take care when dealing with the goods of his lord and head.... This fidelity is shown in two ways: first in being faithful as custodian of the lord's goods, secondly in being faithful in dispensing them. Following are the conclusions for these two items.*

§3.3.4b.1 *First, in respect to being faithful as custodians of goods of his lord, or head: the member or subject of the king or kingdom is held to safeguard and preserve honestly the things given to his care by his chief, and not consume, dissipate or lose them, else he be a squanderer and unfaithful.*

§3.3.4b.2 *Second conclusion: that every member or subject take care of his own person in a faithful fashion, for the sake both of honor itself and service to his lord and head of his mystical body.*

sufficiant pro declaratione huius primi in quo consistit fidelitas in operatione exteriori, videlicet in eo quod tenetur quodlibet suppositum se periculo supponere pro tuitione sui regis vel capitis, et consequenter patet ex predictis declaratum quod suppositum sive membrum huiusmodi non debet in adversis domium [57r] suum sive caput [deferere](#),[†] ut tactum est plene supra proximo articulo in v, vi, et vii conclusionibus. [57v]

§3.3.4b.0 Secundum in quo consistit fidelitas in operatione exteriori est quod unumquodque membrum polyticum sive mysticum debet et tenetur in administratione bonorum domini sui et capitis fideliter se habere, ut habetur Luce. xii [[Luke, 12, 42](#)]: Quis putas est servus fidelis et prudens etc., et tamen hec fidelitas in duobus est adhibenda, videlicet in fideliter custodiendo res sibi per dominum commissas. Secundo in fideliter illas dispensando de et super quorum declaratione pono conclusiones sequentes.

§3.3.4b.1 Prima quodlibet membrum sive suppositum alicuius corporis seu regni tenetur, et debet in vim fidelitatis probe, et fideliter res sibi per dominum sive caput eius sibi commissas custodire et conservare ut domino, non autem consumere, dissipare neque perdere, alius est dilapidator et infidelis, sicut dicitur de quolibet tutore, prelado, et alio administratore, quod aliter sunt infideles et suspecti. ut [1. iii. tutor.](#) [[Cod., 5, 42, 3](#)] ibi, in bona fidel. hinc dicitur Luce. xvi [[Luke, 16, 1](#)], diffamatus est villicus apud dominum, quod consummasset bona illius etc.

§3.3.4b.2 Secunda conclusio, quod quodcunque membrum sive suppositum debet fideliter personam suam custodire, ad et honorem solum et servitium domini sui et capitis sui mystici, non autem alterius in his que soli domino debentur, aliter enim infidelis esset, si soli domino donorem debitum et servitium alteri tribueret vel communicaret, hinc dicitur Prover. v [[Proverbs, 5, 9](#)]: Honorem tuum regi sive domino tuo debitum, alteri non dederis nec annos, scilicet servitii, crudeli, idest adversario domini tui, pro quo id quod dictum est supra articulo. proximo. ii. conclu. et id quod dicitur infra cum de obedientia agetur.

THIRD TRACT

§3.3.4b.3 *Third conclusion: that domains confided in hereditary fief or otherwise, in which the vassal and civil or mystical member must serve his master faithfully and for his utility must not be given to his adversary.*

§3.3.4c.0 *In the third place, fidelity-in-acts means every subject and mystical member keep faith in both deed and words with his master and mystical head; that in speech he does not lie; and that what he affirms by speech is the same as what he holds most dear in spirit.*

§3.3.4b.3 Tertia conclusio, quod castrum villas sibi in feudum aut aliter commissas patrias quibus vasallus et membrum civile seu mysticum debet fideliter servire domino suo et ad eius utilitatem, non autem illa tradere crudeli, idest adversario domini aut alteri, nec eas deferere indefensas potissime nulla notificatione domino facta, aliter enim infidelis et proditor dicitur. Prima pars conclusionis probatur, nam est dubium quod ille qui villas aliquas a me recepit, nulli alii quam mihi maxime (quoniam ad me pertinent) restituere debet. imo aliter improbe et infideliter versatur. ut. 1. bona fides. depo. [Dig. 16, 3, 31], et in hac materia, qui adversario regis vel rei publice castra vel munitiones tradit, vel succursum prebet auxilium vel ravorem infidelis est, et crimen lese maiestatis committit, ut 1. i. ibi [Dig., 48, 4, 1], locave occupentur, ut in 1. iii. ibi [Dig., 48, 4, 3], aut castra concesserit ad 1. iuli. maiesta. D. [Dig. 48, 4, 10] quando etiam si de bonis propriis aut aliter succurrit adversariis domini vel regni, ut per totum titu. que res expor. prohib. [Cod. 4, 41] et extra de jure. c. ita quorundum. [Decretales, V, 6, 6] et c. quod olim [Decretales, V, 6, 12], ubi prohibetur ferrum, arma, bladum, vinum, et alia inimicis imperii venundari aut portari aut aliud auxilium eis impartiri, aliter enim proditores sunt capitaliter puniendi. ut dictis legibus.

Secunda pars conclusionis probatur, nam dicit alius 1. qui imbellis cesserit [Dig., 48, 4, 3], idest retrocesserit vel deferint etiam castra defertor est, et crimen lese maiestatis maxime quoniam castrum dimissum in manibus pervenit inimicorum, ut hec probantur in 1. iii. imbellis cesserit, ad le. iuli. maie. [Dig. 48, 4, 3], et 1. non omnes, §que in pace [Dig., 49, 16, 5(§1)] et 1. qui excubias [Dig., 49, 16, 10] et 1. i. §is qui versi. qui a fossato [Dig., 49, 16, 3(§4)] et §qui stationis. de re mili. [Dig., 49, 16, 3(5)] hinc Jo. x. [John, 10, 11-12]: non est verus pastor, sed mercenarius, qui lupum vidit venientem et fugit etc., hic enim non est cura de ovibus et consequenter infidelis est, quia fidem non servat. Ultimum videlicet quod non debeat res sibi commissas deferere (licet impotens ad conservationem) si domino et suis occultat tradereve eis postposuit, et contradixit, et ex hoc crimen commisit lese maiestatis. Probatur conclusio in 1. iii. ibi, arcem tenuit. ad leg. jul. maie. cum glos. [Dig., 48, 4, 3 (Gloss on "tenuerit")], que exponit sic aciem, idest punitionem tenuit non reddendo eas principi petenti cum ab eo habuit in custodiam,^{†gl} hinc fuit reprehensus servus malus, qui pecuniam domino absconderat. Matth. xxv [Matthew., 25, 18] [58v].

§3.3.4c.0 Tertium in quo consistit hec fidelitas in opere est quod verbo et actu fidem servet unum quodlibet suppositum et membrum mysticum domino et capiti suo in verbo quod sibi nihil mentiatur^{†gl} ore, sed quod ore dicit et affirmat ita in mente gerat, compleat, et attendat actu sive

THIRD TRACT

§3.3.4d.0 *In the fourth place, fidelity-in-acts requires true obedience, as the following conclusions will show.*

§3.3.4d.1 *First conclusion: obedience is two-fold: that which is voluntary, where one obeys another voluntarily and not by constraint; the other necessary, where one is constrained and held to obey—and this will be dealt with in the next conclusion.*

§3.3.4d.2 *Second conclusion: necessary obedience is manifold; that which is due to God by reason of faith and creation.*

facto videlicet, quod dominum suum non fallat in factis, aliter autem et infidelis et corruptus; hinc est, quod sicut veritas servat, ne quispiam fallat in verbis, sic in fidelitas preservat, ne quempiam fallat in factis, et ideo sicut nec verbo fallere debet suppositum sive membrum mysticum dominum suum sive caput, ut scilicet unum dicat, aliud sciat, nec aliud facere intendat, sic nec unum factis perhibere, aliud mente gerere proponat, aliter autem (quam dictum est) agendo proditor est et infidelis. Hinc dicit Augusti. de doctrina christiana: **[PENDING]** Omnis qui mentitur inique facit, simulator ore decipit amicum suum quum enim aliud simulatur, et aliud agitur dolus est. ut. 1. i. §i. de dolo. **[Dig. 4, 3, 3]**. Et similiter qui corpore nobiscum est simulando pro nobis esse verbo, mente, et animo contra nos est, deterior hostis est, quam illi qui evidenter sunt nostri inimici, ut habetur ad litteram xciii. dist. c. i **[Decretum, I, 93, 1]**, hinc dicitur nullus deterior hostis quam simulatus sive fictus amicus, et nullum odium gravius quam simulatus amor, ut ibi per glo. pro quo id quod dicitur: mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio, xiii. q. i. c. i **[Decretum, II, 18, 1, 1]**, et illud quod dicitur: Inimici eius domestici eius; et illud in Psal. **[Psalm 61, 5]**: Ore suo benedicebant, corde autem maledicebant; et in psalmo Adtendite etc. ibi, et dilexerant eum in ore suo. et lingua sua mentiti sunt ei. cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius etc. **[Psalm 77, 36-37]**; pro quo prima Joan. [59v] iii **[John, 3, 18]**: Non diligamus verbo nec lingua, sed opere veritate, etc.

§3.3.4d.0 Quartum vero in quo fidelitas in opere consistit est vera obediencia in obediendo enim synceriter monstrabitur fidelitatem valde subsistere per conclusiones sequentes.

§3.3.4d.1 Prima conclusio est, quod obedientia est duplex quedam voluntaria, et est illa qua quis libera voluntate alteri obedit, non obstrictis et de ista nil ad propositum; alia est obedientia necessaria, quia quis obedire abstringitur et tenetur, de qua in proxima conclusione.

§3.3.4c.2 Secunda conclusio, quod obedientia necessaria est multiplex, quedam ratione fidei et creationis que deo debetur: Actuum, v. capite **[Acts, 5, 32]**. Quedam que ratione nature debetur ut obedientia parentibus debita, de qua habetur ad Ephe. vi **[Ephesians, 6, 1]**: Quedam que ratione debetur sacramentalis unionis, ut que debetur viris ab uxore. ut ad Ephe. v. c. **[Ephesians 5, 32-33]**: Quedam que ratione superioritatis dominiique et gubernationis, de qua habetur ad Hebre. ultimo **[Hebrews, 13, 17]** et de hac loquemur.

THIRD TRACT

§3.3.4d.3 *Third conclusion, that obedience is a virtue absolutely necessary for preservation of the human species.*

§3.3.4d.4 *Fourth conclusion, obedience is so great a good that it's doubtful that a subject can act on his own good without fear of being punished.*

§3.3.4d.5 *Fifth conclusion, that no one is faithful to his superior without obedience.*

§3.3.4d.6 *Sixth conclusion, he who is truly obedient and submissive may be required to bear an intolerable burden in support of his superior who is in danger of being destroyed.*

3.3.4d.3 Tertia conclusio, quod obedientia est virtus ad conservationem in esse humani generis omnino necessaria. Probatur conclusio, nam per eam reges regnant et principes distribuunt iustitiam, ut habetur in episto. Iustiniani *[Institutes, proemium]* inter claras; et Prover. viii *[Proverbs, 8]*, ubi non obediretur dominus non dominaretur; et consequenter rueret populus, iuxta illud quod habetur Proverb. xi. *[Proverbs, 11, 14]*: ubi non est gubernator corruet populus, igitur, etc.; et quia tam necessaria est ad conservatione totius universi quod dicitur de ea, quod melior est ipsa quam victima, ut habetur i. Regum xv *[1 Kings 15, 22]*; unde secundum philosophum in *lib. polyti. [PENDING]* sistencia regnorum et prosperitas ex obediendo regibus, et dominis et preceptis eorum dependet, ut patet etiam ex dictis Egi. in *lib. iii. de reg. princi. [PENDING]*.

§3.3.4d.4 Quarta conclusio, quod tantum est bonum obedientie quod malum dubium est per subditum faciendum impune propter bonum eius ut habetur. *xxiii. quaestio 1. quid culpat in fi. [Decretum, II, 25, 1, 4]* ubi dicitur, quod subditus ignoret aut dubitet utrum preceptum belli aut aliud sibi factum per regem sit bonum vel malum in dubio tenetur obedire impune, ut ibi quod no. *gl. in. c. ad aures. de tempo. ordi. [Decretales, I, 11, 5]* et *c. pastoralis. de of. dele. [Decretales, I, 29, 28]*. Ceterum est etiam tantum bonum obedientie, quod licet malum fieri propter eam non debeat bonum tamen faciendum propter obedientiam est omittendum, ut *xi. questio iii. quid ergo [Decretum, II, 11, 5, 97]*. Nam arbor paradisi erat bona, et fructus eius bona, et comedere bonum erat tamen propter prohibitionem et bonum obedientie, fuit ab illis abstinendum, ut dicit tex. ibi.

§3.3.4d.5 Quinta conclusio, quod nemo est suo superiori fidelis sive obedientia. Hinc dicit tex. obedientia sola est qua fidei, idest fidelitatis meritum tenet sive qua infidelis quisque convincitur, ut habet tex. *viii q., 1. sciendum [Decretum, II, 8, 1, 9]*.

§3.3.4d.6 Sexta conclusio, quod verus obediens et subditus debet et obligatur etiam onus intollerabile per superiorem in interitu tollerare, hinc dicit tex. loquendo de onere per papam, et licet vix ferendum ab ipsa sede imponatur iugum, tamen feramus et pia devotione toleremus, ut habetur *xix. distin. in memoriam [Decretum, I, 19, 3]*.

THIRD TRACT

- §3.3.4d.7 *Seventh conclusion, that true obedience requires not only that the inferior himself obey but also that he do what he can to have others be strictly obedient.*
- §3.3.4d.8 *Eighth conclusion, true obedience requires that the inferior obey his master alone, and no other person, when carrying out the things concerning his master, for otherwise he is disobedient and unfaithful.*
- §3.3.4d.9 *Ninth conclusion, true obedience requires not only that the subject obey his master alone, and no one else (as I have already said) but also that he opposes everyone who disrupts in some fashion said obedience to his master and his allies. Otherwise he is unfaithful.*
-

§3.3.4d.7 Septima conclusio, quod vera obedientia exigit nedum quod inferior obediat sed etiam quod suo posse faciat, quod alii obnixè obediant. Hinc dicit tex. non solum iussionibus parere debuit, sed etiam aliis (ne preterirent) insinuare debuit xix. dist. c. nulli [Decretum, I, 19, 5], unde in psalmo [Psalm 101, 22]: ut annuntiet in Syon nomen domini., et laudem eius, in conveniendo populos in unum etc. ut serviant domino.

§3.3.4d.8 Octava conclusio, quod vera obedientia exigit, quod soli domino et nulli alii subditus obediat in his que et sicut ad dominum pertinet, aliter enim est inobediens et infidelis. Probatur conclusio, nam sicut uxor sola tota et totaliter debet adherere viro suo (qui est caput eius, secundum apostolum ad Ephesi. v [Ephesians 5, 23]), et nulli alii ita quod aliter mecha esset, et fornicaria, iuxta illud apostoli ad Rom. vii [Romans, 7, 3], ubi ait sic: vivente viro cum alio fuit, vocabitur adultera, et sic quodlibet membrum mysticum sive quilibet subditus suo supreme capiti mystico et soli domino in his (que ad eum solum pertinent) aderere et soli obedire, et non alteri aliter autem est infidelis et fornicator, ut hec habentur vii. q. i. c. sicut [Decretum, II, 1, 11], ubi tex. facit hanc similitudinem. Preterea subditus quando id quod est totum domini communicat alteri, nonne est dominum fraudat, et ab eo quod suum est aufert. Ceterum sic agens nonne est infidelis domino, nam nemo potest duobus dominis servire, nam autem unum diligit etc., ut habetur Mat. vi [Matthew 6, 24], propterea dicit Helias his qui domino suo integram non servant fidelitatem, usque quo clauditis in duas partes, si etc. est dominus vester, sequimini eum etc., tales enim in uno corpore mystico, duo nituntur capita facere, quod est impossibile monstris sic inducentes, ideo etc., ut vii. q. i. in apibus [Decretum, II, 7, 1, 41], et c. quoniam plurisque de offi. or. [Decretales, I, 31, 14].

§3.3.4d.9 Nona conclusio, quod vera obedientia exigit etiam nedum quod soli domino et nulli alii, ut predicatur subditus obediat, sed etiam quod cuicumque inobedienti aut obedientiam domini superioris aliquantulum occupanti et fautoribus resistat. Aliter enim est infidelis. Probatur conclusio, nam error cui non resistitur, approbatur et veritas quum non defensetur, opprimitur negligere enim cum possis, perturbare perversos, nihil aliud est quam favere lxxxiii. di. error. [Decretum, I, 83, 3], pro quo 1. ii. de noxa. [Dig., 9, 4, 2 or Cod., 3, 41, 2] [60r]

THIRD TRACT

§3.3.4d.10 *Tenth conclusion, true obedience requires that the true subject does not speak to or mix with the rivals or enemies of his master; otherwise he is disloyal, impudent and unfaithful.*

§3.3.4d.11 *Eleventh conclusion, that disobedience which consists of obeying one's true prince and not one else in those things which touch him, puts to a test the truth of life which is clear, because it falls under the precept of Romans 13, 1-2, "Let every soul be subject to the higher powers."*

§3.3.4d.12 *Twelfth conclusion, it is not allowed to forego doing some dutiful deed in order to avoid peril or scandal of some sort, or, once the bond of obedience has been broken, it is even more disobedient and unfaithful to fail to obey in order to avoid scandal or loss of property.*

§3.3.4d.10 Decima conclusio, quod vera fidelitas et obedientia exigit, quod verus subditus non loquatur, commisceatur, participet, et cohabitete cum emulis aut odiosis domini sui, imo aliter est inobediens, protervus et infidelis domino suo. Probatur conclusio ad literam xciii. distin. imo [Decretum, I, 93, 1] dicit tex. ibi, quod ill. qui loquitur vel perseverante cum his (quibus dominus non loquitur,) ille (licet corpore sit cum domino suo mente vero cum aliis) deterior hostis est, quam illi qui aperti sunt inimici. Hinc dicitur, quod vasallus qui participat vel amicatur adversario domini sui infidelis est, et idem in filio communicante vel perseverante cum emulis patris sui, ut hoc habentur ad literam in c. i. in feud. qui testes sunt neces. ad proban. in neces. [Lib. feud., II, 32 (Gloss at "ad probandam")], c. 1. et 1. liberi et ibi per glos. C. de inoffi. test. [Cod. 3, 28, 28 (Gloss at "liberi")]. Nam ut dicit philosophus in ix. etyco: [PENDING] possibile est diu malo amicari, aut conversari illi, quoniam illius participet malitia. hinc dicit apostolus: Nolite commisceri cum fornicariis si a domino, i. ad Corin. v [1 Corinthians 5, 9 & 11], et alibi: Nolite iugum ducere cum infidelibus, que enim communicatio iusti cum iniquitate aut que societas luci ad tenebras, aut que pars fidelis cum infideli, ut habetur ii. ad Corin. vi [2 Corinthians 6, 14-15]. Nonne enim tenetur verus fidelis odire, quos dominus odit, et consequenter non cum illis participare. ut dictus est supra quum de fidelitate in amore consistente ageretur tertium et seq. igitur etc.

§3.3.4d.11 Undecima conclusio, quod inobedientia que consistit in obediendo suo vero principi et non alteri in his que ad eum pertinent, spectat ad veritatem vite quod patet, quia cadit sub precepto ad Roma xiii [Romans 13, 1-2] ubi dicitur: Omnis anima subdita sit sublimioribus potestatibus etc. Omnis enim potestas a deo est, et qui potestati resisti dei dispositioni resistit, scilicet in hoc quod deus vult potestatibus obediri, et ideo resistentes igitur damnationem acquirunt. ut ibi. et ad Hebre. ultimo [Hebrews, 13, 17]: Obedite prepositis vestri, eis subiicite, ipsi enim pervigilant, etc.

§3.3.4d.12 Duodecima conclusio est, quod propter evitandum periculum vel scandalum quodcunque, vel aliquo pium opus faciendum, non est amittenda, vel violanda obedientia, imo qui propter evitandum scandalum vel perdicionem bonorum omittit obedire inobediens est et infidelis. Probatur conclusio propter evitationem horum non debet omitti veritas vito hinc dicitur: Melius

THIRD TRACT

- §3.3.4d.13 *These acts of obedience should be given freely, simply, joyfully rather than sadly, forthrightly, vigorously but with humility and without guile.*
- §3.3.4.5 *The fifth constituent of fidelity-in-acts is to carry out and complete promises, else one is unfaithful.*
- §3.3.4.6 *The sixth constituent of fidelity is unbroken perserverance, to which should be added a constituent element of reverence.*

[*Decretales*, V, 41, 3], et haec ibi no. per glo. et in c. sane. de temp. ord. [*Decretales*, I, 11, 2 (Gloss at "multitudo.")] et c. nisi. de renun. [*Decretales*, I, 9, 10]. Hinc dicit tex. quod inobediens est et consequenter infidelis qui pro temporali commodo obedire pretermittit. ut c. illud. de maiori. et obedi. [*Decretales*, I, 33, 5], ita quod sub occasione pietatis, idest alicuius boni operis, non est committenda impietas, idest *inobedientia*^{†gl}, secundum glos. ibi, pro quo i. q. i. non est putanda. [*Decretum*, I, 1, 27 (Gloss at "ex illicitis")] et textus in 1. iii. 5 in bello. de re militari. [*Dig.*, 49, 16, 3]. [60v]

- §3.3.4d.13 Modus autem obediendi in his consistit videlicet quod libenter obediatur, sicut Christus dicit: meus est cibus ut faciam voluntatem eius qui me misit, Joan. capite quarto. [*John*, 4, 34]; et Paulus quum dicit: Domine quid me vis facere?, Actuum capite nono [*Acts*, 9, 6]; et in Psalmis [*Psalms* 53, 8]: Voluntarie sacrificabo. Secundo quod simpliciter obtemperetur murmuratione, excusatione, simulatione, propulsis, iuxta illud quod habetur in Psalmis: [*Psalms* 17, 45] In auditu auris obediunt mihi etc. Et illud: Deduxistis sicut oves populum tuum, quasi non resistunt, minusque contra dicunt. Et illud: Ut iumentum factus sum apud te etc. Tertio, quod hilariter seposita tristitia, et non facie rugata obtemperetur, quia hilarem datorem diligit, et vult deus, ad Corinthios nono capite [*2 Corinthians* 9,7]. Hinc scribitur Ecclesiastici trigesimo quinto capite [*Ecclesiastes* 35, 11]: In omni dato hilarem fac vultum. Quarto, quod velociter obsequatur, sicut dicitur de Petro et Andrea a domino vocatis, qui continuo relictis rhetibus secuti sunt ei, Matthei quarto capite [*Matthew*, 4, 20]. Idem ibidem de Jacobo et Joanne [*Matthew* 4, 21-22]. Quinto, quod viriliter mandatum impleatur. Hinc benedictus agendum est instanter, constanter ibi obediendo. Christus enim constanter fuit obediens usque ad mortem etc. ad Philippenses secundo [*Philippians* 2, 8]. Sexto, quod obediatur cum humilitate. Hinc Luce. xvii. cap. [*Luke*, 17, 10]: quum feceritis obtemperate, nil [61r] enim prodest currere, et ante metam desinere. Hinc Paulus sic currite, [PENDING] ut comprehendatis etc.

- §3.3.4.5 Quinto consistit fidelitas in opere, in eo quod promissa fideliter parentur et *compleantur*^{†gl} aliter enim infidelis est, unde Ecclesiasti v [*Ecclesiastes* 5, 3]: si queritur ut dixisti domino, ne moreris reddere, displicet enim infidelis et stulta promissio.

- §3.3.4.6 Sexto consistit fidelitas in iugi et continuata *perservantia*^{†gl} unde Apocali. xii [*Apocalypse* 12, 11]: Esto fidelis usque ad mortem etc., [61v] et illud Matth. xxiiii [*Matthew*, 24, 13]: qui perseveraverit usque in finem etc. et illud: Nemo ponens manum ad aratrum, et aspiciens retro aptus est regno dei, Luce. ix [*Luke*, 9, 62]. Et haec de fidelitate dicta sufficiant.